

Galenica est talis. Ergo. Minorem probant exinde, sit v.g.
quæstio probanda: *Q. album est doctum, per medium homo.*
Si ergo medium ponatur in prima aut tertia Figura, nihil
tamen sequitur ex particularibus. Neque in secunda rati-
ocinium legitimum fiet; nam licet ex his. *O. doctum est ho-*
mo, Q. album est homo, inferri possit: Ergo *Q. album est do-*
ctum, illud tamen non vi formæ, sed vi materiæ sequitur;
nam aliàs in secundâ Figurâ ex puris affirmativis licitum
esset argumentari, quod tota Logicorum natio prohibet.
Econtra in quarta Figura ita possum ratiocinari: *O. do-*
ctum est homo. Q. homo est albus. E. Q. album est do-
ctum.

§. XXI. (8.) Ursinus citante Finckio in doctr. Syllog. p. 415.
tale format argumentum: Si Peripatetici non rejiciunt
Soritem, multò minus rejecere possunt quartam Figuram.
Sed verum est prius. E. & posterius. Conseq. probatur, si-
quidem fundamentum Soritæ videtur esse Figura Galeni-
ca, juxta quam omnis Sorites informatur, inque ea pro-
cedit.

§. XXII. (9.) Quicunque Syllogismus propositiones
côdem ordine disponit, quem habent termini conclusio-
nis ad se invicem; ejus illatio est directa ac naturalis. Sed
Syllogismi quartæ Figuræ hoc faciunt. E. major à nostro
ratiocinandi modo probatur, utpote qui maiorem & mi-
norem propositionem directè semper ab ordine termino-
rum quæsiti ab initio propositi determinat. Minor exem-
plis clarescit,

§. XXIII. Antequam mentem nostram hac de re a-
periamus, volupe est, prius præmittere istam quæstionem:
an ex uno Syllogismo possint sequi multæ conclusiones? quemad-
modum plura media secundum Aristotelem i. prior. c. 25.
candem conclusionem inferre queunt: ita etiam eadem